



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 94. Intempestiva Surdisii Cardinalis pietas erga quemdam capite damnatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. bene precantis acclamationes, atque  
A. C. 1615. applausus deduxit. Die autem vigesi-  
 ma quinta ejusdem Mensis Sanctonum  
 Episcopus in Choro ad S. Andream so-  
 lemni, publicoque ritu Annam Hispani  
 Regis Filiam Ludovico Regi despondit.  
 Tandem die vigesima nona Novembris  
 Rex unacum nova Regina solemnem  
 ingressum in urbem celebrabat.

## §. XCIV.

*Intempestiva Surdisii Cardinalis pie-  
 tas erga quemdam capite dam-  
 natum.*

*Gramond.  
 l. c.*

ENIMVERO ad Franciscum Surdisium  
 Cardinalem atque Archiepiscopum  
 Burdegalensem solemni precatione Lu-  
 dovicum Regem cum Anna in Metro-  
 poli sua conjungendi munus spectabat, ob-  
 stitit tamen quidam inopinatus eventus;  
 cum enim Haucastellus Nobilis ob quod-  
 dam delictum Burdegalensis Senatus  
 iudicio ad mortem damnatus esset,  
 Surdisius ea die, qua reus ad patibu-  
 lum traducendus credebatur, pro libe-  
 rando amico suo in carcerem propera-  
 bat; præferebatur Crux Archiepisco-  
 pis præire solita: Crucem stipabant sa-  
 tellites ad effringendum carcerem de-  
 stinati, moxque solutis vinculis reus li-  
 bertati redditus, carcerisque custos,  
 qui



qui pro officii sui ratione obstiterat, in-  
 festa manu trucidatur. Excanduit ad  
 facinus Burdegalenſis Senatus, qui nu-  
 peræ contentionis haud immemor, &  
 de oblata ulciſcendi occasione lætus,  
 ſolemni ad Regem Legatione palam  
 querebatur, violatum eſſe juſ publi-  
 cum, atque a Præſule temerata Regiſ  
 auctoritatem, cæſamque a Paſtore  
 ovem: Nec hiſ contentus Burdegalen-  
 ſis Senatus, inſuper prævento Regiſ  
 judicio Archiepiſcopum, præmiſſa tri-  
 na citatione, tanquam contumaciæ  
 reum damnat, eique manus injicere,  
 atque ipſius bona invadere parat: Ve-  
 rum Ludovicuſ Rex Henrici IV. Patriſ  
 ſui exemplum ſecutuſ, uſurpatam Se-  
 natus ſui juriſdictionem in Clericoſ re-  
 primebat, cauſſamque ad ſe devolutam  
 declarabat, paulo poſt ipſum Archiepi-  
 ſcopum Regio reſcripto abſolvens, die  
 decima ſeptima Decembris Burdegala  
 Pariſioſ reverſuſ eſt.

§. XCV.

*Principum Gallorum exercitus in  
 aciem educuſ.*

Cum interea hæc Burdegalæ gereren-  
 tur, conjurati Principes exercitum  
 ſuum, ductore Bullionio Duce Calvi-  
 niſta, Novioduni contraxere: Raræ  
 Hiſt. Eccleſ. Tom. LV. Ee erant

Sæc. XVII.  
 A.C. 1615.

Vid. Supra  
 Lib.  
 CLXXXVI  
 §. 3. p. 244.

Serran.  
 Franc. Hiſt.  
 invent.  
 pag. 93r.  
 Gramond.